



sitis. Et quo ego uado scitis. & uiam scitis. Dicit ei
 thomas. Dñe nescimus qua uadis. & quomodo possu-
 mus uiam scire. Dicit ei ih̄s. Ego sum uia. & ueri-
 tas & uita. Nemo uenit ad patrem. nisi per me.
 Si cognouissetis me & patrem meum utiq; cognouis-
 setis. & amodo cognoscetis eum. & uidistis eum. Dicit
 ei philippus. Dñe. ostende nobis patrem. & sufficit
 nobis. Dicit ei ih̄s. Tanto tempore uobiscum sum.
 & non cognouisti me. philippe. qui uide & me. uide
 & patrem. Quomodo tu dicis. ostende nobis patrem.
 non credis quia ego in patre. & pater in me est.
 Verba quae ego loquor uobis. a me ipso nõ loquor.
 Pater aut in me manens. ipse facit opera. Non
 dicit quia ego in patre & pater in me est. Alio

Fragm. 38